tus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo Cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

the true Lamb that hath taken away the sins of the world. Who by dying hath overcome our death, and by rising again hath restored our life. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

### COMMUNION: JOHN 1 6. 8

Cum vénerit Paráclitus Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício, allelúia, allelúia.

When the Paraclete, the Spirit of truth, is come, He will convince the world of sin, and of justice and of judgment, alleluia, alleluia.

### POSTCOMMUNION

Adésto nobis, Dómine Deus noster: ut per hæc, quæ fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum.

Assist us, O Lord our God, that by these gifts which we have received in faith, we may be purified from vice and delivered from all dangers. Through our Lord.






## Proper Prayers of the Mass
## Fourth Sunday After Easter
## Provided Courtesy of Una Voce Orange County



*If I go not, the Paraclete will not come to you; but if I go, I will send Him to you.*

### INTROIT: PS. 97. 1, 2

CANTATE Dómino cánticum novum, allelúia: quia mirabília fecit Dóminus, allelúia: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam, allelúia, allelúia, allelúia. *Ps. 97. 1.* Salvábit sibi déxtera ejus: et bráchium sanctum ejus. ℣. Glória Patri.

SING ye to the Lord a new canticle, alleluia, for the Lord hath done wonderful things, alleluia: He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles, alleluia, alleluia, alleluia. *Ps.* His right hand, and His holy arm, hath gotten Him salvation. ℣. Glory be to the Father.

### COLLECT

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis, da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis: ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

God, who makest the minds of the faithful to be of one will, grant to Thy people to love that which Thou commandest and desire that which Thou dost promise; that so, among the changing things of this world, our hearts may be set where true joys are to be found. Through our Lord.